Quelle: https://manuscripta.at/?ID=916
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

stitit. quin immo ad ci
uitatem regressus hos
picium vnde exierat sub
iit. Hospita uero domi
quanam causa rediisset
interrogante. cuiusdam
negocii agendi gratia se
reuersum confessus est.
Rursusque iter arripi
ens domumque tendens.
non longe progressus
ab urbe sicut antea fac
tus retrogradus hospicium
suum iterato peciit. hos
pita iterum sciscitante
causam sui reditus et satis
mirante. finxit aliud
sibi superfuisse negocium.
simili reditu dispensa
tione diuina in tercia
uice facta indicauit. de
nuoque rei ueritatem quod accep
ta uia tociens reuoca
tus fuisset. quoniam uix propo
situm suum beato virgilio uo
tiuam precum hostiam offer
re neglexisset. Quo facto
recto calle domum perrexit.

Item duo milites sepul
chrum beati virgilii uisi
taturi clericulum quen
dam auditu carentem
currus moderatorem et
aurigam ducebant qui
bus ad sanctum virgilium tu
mulum oblationes suas
presentantibus et preces domino
fundentibus. ille dictus
minister eorum simul cum
illis astabat. et quia non
est personarum acceptor
deus. ipse predictus audire
meruit. Auditum enim si
ne mora recepit.

Quidam ciuis hallensis
puerum habens calculosum.
medico aduocato roga
uit eum ut ferro lapidem
excideret. sicque dolore fi
lii sui finire temptaret.
Qui dum cultrum et alia in
strumenta applicare cepisset.